



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de**

**Lvgdvni, 1659**

III. De rerum Ecclesiasticarum alienatione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

si exigat sine iusto titulo, si non verificata causa, vel conditione narrata, idque in titularis præiudicium. Peccat contra æquitatem pensionarius, si beneficiario omnino grauato, integram petat pensionem. In eadem materia locum habet Simonia iure Ecclesiastico prohibita, ea tamen pœnas cum Simonia beneficiaria communes non habet.

CAPVT III.

De rerum Ecclesiasticarum Alienatione.

40. *Quid est Alienatio?* Actus, quo dominium rei directum, vel vtile, aut vsusfructus, aut ius in alterum transfertur, vel abdicatur. Verita quidem huiusmodi alienatio iure naturali diuino annexo iuramento, si loquamur de Summo Pontifice & Cardinalibus respectu bonorum Sedis Apostolicæ; aut de Episcopis & Prælati respectu bonorum suæ Ecclesiæ: verita iure Cæsareo, & iure Canonico, nisi alienatio fiat ex iusta causa & cum debita solemnitate, aut ad breue tempus locationis, vel in causa Emphyteusis in casibus à iure permissis, vel nisi alienatio fiat de re leuis momenti, aut rerum, quæ seruando seruari non possunt: aut nisi fiat de bona fide; aut nondum perfecta sit alienatio, & ab eo qui bonorum habet administrationem.

41. *Quanam igitur Ecclesia bona alienari possunt, & quanam alienari non possunt?* Bona immobilia, & mobilia pretiosa quæ seruando seruari possunt alienari prohibentur. Bona vero mobilia & pretiosa, quæ seruando seruari non possunt ab Episcopo, aut administratore, possunt vendi sine alia solemnitate. Vnde etsi valida alienatio vini, frumenti, olei, ouium, &c. facta sine solemnitate: inualida tamen prorsus venditio domorum, agrorum, montium, censuum, argenteæ lampadis, &c.

42. *Assigna causas ob quas alienatio rerum huiusmodi licite & valide fieri possit.* Quatuor à Doctoribus collegi, necessitatem urgentem, pietatem, vtilitatem euidentem Ecclesiæ, & quando prælati credit legitimam subesse causam, licet postea legitimam non fuisse comperiat.

43. *Solemnitates requisitæ ad alienationem bonorum mensæ Episcopalis, aut Ecclesiæ Cathedralis, & Collegiata præter istam causam annexæ.* Adsit vnus tractatus saltem, id est discussio, quæ fit allatis rationibus vltro citroque, num expediat huiusmodi

664 *Moral. Theologiae Tract. V I. Status,*  
huiusmodi bona alienare. Post tractatum requiritur consen-  
sus expressus maioris partis Capituli, eorum scilicet qui sunt  
præsentis. Requiritur etiam consensus Superioris: nec ex-  
santur qui ante Superioris consensum adiciunt: *Salvo Superioris assensu.* In alienatione bonorum Ecclesiæ Cathedralis  
iure antiquo requiritur Apostolicæ Sedis facultas. Prohibet  
licet Pontificis summi facultas suppleat solemnitates anti-  
quo iure requisitas, non tamen causam, nisi exprimat. Ad  
alienationem autem bonorum Ecclesiæ carentis Collegii re-  
quiritur consensus Rectoris cum consensu Episcopi: imò  
etiam cum assensu Pontificis post Extrauagantem, *de inchoat.*  
Per Collegium autem intellige non solum communicantem  
Canonicorum, sed etiam beneficiorum illius Ecclesiæ.

44. *Quam alienatori iniusto veni assignare?* Omnes, &  
singuli Ecclesiastici seculares & regulares res Ecclesiæ male  
& scilicet alienantes excommunicationem incurunt. Epi-  
scopi verò & Abbates interdicto, vel suspensione puniuntur.  
Etiam Cardinales pœnis contra alienantes bona Ecclesiasti-  
ca impositis subiiciuntur, quia etiam favorabilibus legibus  
gaudent.

45. *Num Papa ligetur?* Minimè; quia legislator suis le-  
gibus quoad vim coactiuam non tenetur.

46. *Peccat ne saltem contra iuramentum?* Ita planè, nisi iu-  
ramentum sibi prius relaxet, secumque dispenset, si causa ius-  
ta adsit. Probabile tamen est alienationem à Pontifice sum-  
mo factam sine iusta causa validam esse.

#### C A P V T I V.

##### *De Ecclesiasticis spoliis.*

47. *Spolium Ecclesiasticum quid?* Quidquid in bonis Ec-  
clesiasticæ personæ post mortem ipsius reperitur  
quod neque ex testamento, neque ab intestato ad hæredes  
ipsius pertinet.

48. *Ex quibus personis spolia Ecclesiastica capiuntur?* Om-  
nes qui gaudent priuilegio fori Ecclesiastici, siue quo ad per-  
sonas, siue quo ad bona, spolio Ecclesiastico subiiciuntur. Va-  
de Regulares omnes, & Laici Clerici tam in Ordinibus con-  
stituti, quàm aliter Ecclesiæ seruietes, dummodo ex suo sta-  
tu fori priuilegio gaudeant, obnoxij spoliis esse possunt.

49. *Excipiuntur ne aliqua Ecclesiastica persona?* Ita qui-  
dem

*seculares*